dis et attentis attendendis dominum deum pre oculis
habentes eiusque sacrosanctis Evangeliis coram nobis
propositis ac videntes supradictis factaque relacione per
dictos Jacobum Rossell et Michaelem del Ort in nostra
regia audiencia ubi doctorum et jurisperitorum grandis
aderat copia factaque etiam assignacione dictis partibus
ad audiendam hanc nostram sentenciam presentibus
die et hora quam assignacionem ad cautelam in presen
tiarum repetimus ad ipsam sentenciam profferendam
in dicta causa procedimus in hunc modum. Et con
siderantes quod pro parte dictorum nobilium Didaci Fa
jardo et Elionoris eius uxoris contra dictum manda
tum executorium inter ceteras raciones fuit oppo
situm et allegatum quod dicta sentencia per prefatum vi
cecancellarium promulgata super sentencia per dictum
nobilem Aguetem de Heredia circa pensiones dictorum
censualium ponitur execucio pendet per appellacione
et pretenditur pro parte ipsorum nobilium Didaci
Fajardo et uxoris eius quod nil potest aut debet inno
vari appellacione pendente et sic consequenter
quod dictum mandatum executorium non potuit ema
nare virtute dicte sentencie cum ab ea fuit in cau
sa appellabili provocatum presertim non datis apostolis
neque aliqua facta declaracione super admissione
vel denegacione ipsius appellacionis sed pendente as
signacione facta ad dictos apostolos recipiendum unde
sindentes in causa presenti cognoscendum est utrumque expa

[illegible]